

## 1680 – Collesso, Martialis Epigrammata

Vincentius Collesso

- 1680 M. V. Martialis Epigrammatum libros XV. interpretatione et notis illustravit V. Collesso, ad usum Serenissimi Delphini. Parisiis: apud Antonium Cellier, pp. 1-28, 1-26, 1-793, 1-168; 4to.
- 1701 M. Valerii Martialis Epigrammata, paraphrasi et notis variorum selectissimus, ad usum serenissimi delphini, interpretavit. Amstelaedami: apud G. Gallet, pp. i-xvi, 1-600, 1-58, 1-141; 8vo.
- 1701 M. Valerii Martialis Epigrammatum libri XIV. Interpretatione et notis illustravit, ad usum serenissimi delphini. Londini: Excudit Benj. Motte, impensis Cha. Harper, pp.
- 1720 M. Valerii Martialis Epigrammatum libri XIV. Interpretatione et notis illustravit, ad usum serenissimi delphini. Londini: e typographaeo M. Matthews, venales prostant apud R. Knaplock, B. Tooke, D. Midwinter, J. Hazard & J. Leake, W. Taylor, T. Ward. B. Barker & J. Hooke, pp.

### Latin text from Londini, 1701

#### [7] Spectaculorum liber

De Rhinocerote pugnante cum tauro. IX.

Praestit exhibitus tota tibi, caesar, arena,  
Quae non promisit praelia, rhinoceros.  
O quam terribiles exarsit pronus in iras!  
Qunatus erat cornu, cui pila taurus erat?

[note on the side]

Rhinoceros datus in spectaculum per totam arenam tibi prabuit, O Caesar, pugnam quam non est pollicitus. O quam horribili ira accensus est incurvus! Quantum cornu habebat, qui extollebat taurum, veluti pilam.

Notae.

De Rhinocerote. – Marcilius sic. Fuisset plenius lemma de pugna tauri ac rhinocerotis.  
2. Qua non promisit. – Quia non potuit aliquandiu ab amphitheatralibus magistris irritari. De rhinocerote agit Plinius, lib. 8. cap. 20. longitudo ei par, cum Elephanto scil. crura multo breviora, color buceus. In ejus summa nare cornu est. Pronus, hec est incurvato. Promisit. Alii promisti.  
4. Cui pila. – Pilae dicebantur vestes in globum & speciem pilae collectae, quae objiciebantur. Vide Epigr. 19. infra Epigr. 43 lib. 2. Epigr. 53 lib. 14.

#### [12] Spectaculorum liber

De Rhinocerote pugnante cum Urso. XXII.

Sollicitant pavidi dum rhinocerota magistri,  
seque diu magnae colligit ira ferae,  
Desperabantur promissi proelia Martis,  
Sed tamen is rediit cognitus ante furor,  
Namque gravem gemino cornu sic extulit ursum,  
iactat ut impositas taurus in astra pilas.

[note on the side]

Dum timidi rectores irritant rhinocerota, & sensim crescit ira ingentis bellua: certamina  
Martis promissa desperabantur: sed tamen illi ferocitas antea nota reversa est: etenim gemino  
cornu ita crexit ponderosum ursum, sicut tauri in coelum mittit pilas abjectas.

Notae.

2. Seque diu. – Difficile enim irritabatur rhinoceros, epig. 9 supra.
3. Praelia Martis. – Id est, venatio arenae in qua colebatur Mars.
5. Gemino cornu. – Rhinoceros geninum cornu habet. Pausanias, lib. 9 [quoted in Greek].  
Latine: Vidi etiam Aethiopicos tauros, quos ex reipsa rhinocerotas nominant, quod illis e nare  
extrema cornu prominet, & paulo superius alterum non sane magnum. Legunt alii utrum, hoc  
est bovem sylvestrem cui imperitum vulgus bubali nomen imposuit, teste Plinio, lib. 8 cap. 15
6. Pilas. – De quibus dictum, epig. 19 supra.

[552]

Rhinoceros LIII.

Nuper in Ausonia domini spectatus arena  
Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat.

[note on the side]

Tu habebis hunc nuper visum in arena Romana domini, qui in altum jaciebat taurum ut pilam.

[Notae]

Rhinoceros. – Hoc est, guttus ex cornu rhinocerotis: quo sensu rhinoceros sumitur apud  
Juven. Satyr. 7.

– exitus hic est  
Tongili magno cum rhinocerote lavari.

1. domini. – Imperatoris Domitiani.
2. 2. cui pila. – Idem dixit de rhinocerote epig. 9 & 19. lib. Spect.

Latin text from edition of Amstelaedami, 1701

As in Londini, 1701.

Latin text from Londini, 1720

Exactly similar to Londini, 1701

M. VALERII  
MARTIALIS

EPIGRAMMATUM

LIBROS XV.

INTERPRETATIONE ET NOTIS ILLUSTRAVIT

VINCENTIUS COLLESSO J.C.

JUSSU

CHRISTIANISSIMI REGIS,

AD USUM

SERENISSIMI DELPHINI.



P A R I S I I S,  
Apud ANTONIUM CELLIER, via Citharaea.  
M. DC. LXXX.  
CVM PRIVILEGIO REGIS.

S P E C T A C U L O R U M . L I B E R.

*De rhinocerote  
pugnante cum tauro. IX.*

**P**RÆSITT. exhibitus tota tibi, Cæsar, arena,  
Quæ non promisit prælia, rhinoceros.  
O quam terribiles exarxit pronus in iras!  
Quantus erat cornu, cui pila taurus erat?

I N T E R P R E T A T I O.

**R**hinoceros datus in spectaculum per totam arenam tibi præbuit, o Cæsar, Quantum cornu habebat, qui extollebat pugnam quam non est pollitus. O quam taurum, veluti pilam.

N O T Æ.

*De Rhinocerote.*] Marcilius sic. Fuisse plenius lemma de pugna tauri ac rhinocerotis.

*Quæ non promisit.*] Quia non potuit aliquandiu ab amphitheatralibus magistris irritari. De rhinocerote agit Plinius lib. 8. cap. 20. *Longitudo ei par-* cum Elephanto scil. crura multo brevio-

ra, color buceus. In ejus summa parte cornu est. Pronus, hoc est cornu incurvato. Promisit. Alii promisti.

*Cui pila.*] Pilæ dicebantur vestes in globum & speciem pilæ collectæ, quæ obiciebantur cornibus taurorum, ut irritarentur. Vide Epig. 19. infra Epig. 43. lib. 2. Epig. 53. lib. 14.

*De leone qui gubernatorem offendit. X.*

**L**ÆSERAT ingrato leo perfidus ore magistrum, Ausus tam notas contemerare manus: Sed dignas tanto persolvit criminè poenas, Et qui non tulerat verbera, tela tulit. Quos decet esse hominum tali sub principe mores, Qui jubet ingenium mitius esse feris?

I N T E R P R E T A T I O.

**L**eo infidelis vulneraverat rectorem suum dente immemori, ausus violare manus adeo sibi cognitas: sed supplicium percussum debitum tanto sceleri, & passus est jacula, qui non erat passus virgæ. Quam indolem habere debent homines sub tali Imperatore, qui vult feris inesse leniorem naturam?

N O T Æ.

*Lasusat ingrato.*] Oblitus nempe beneficiorum quæ a suo rectore accepérat, sed fortè irritatus & crudeliter verberatus fuerat, alioquin animal est gratissimum, ut narrat Gellius cap. 14. lib. 5. De Androdo & leone. Vide Epig. 75. Qui jubet ingenium.] hoc est qui vult feras habere mores humanos: sic a clementia commendat Domitianum.

B.

## I N T E R P R E T A T I O.

**O** Caesar, arena representavit tibi quid-  
quid Rhodope fertur vidisse in theatro  
Orphei. Saxa repserunt, & admirabilis  
sylva cucurrit, quale fuisse fertur nemus  
Hesperidum. Promiscue interfuit omne

genus ferarum pecudum, & plurime vo-  
lucres suspensa fuerunt super poetam. Sed  
ipse procubuit discriptus ab ursu immemo-  
ri: nihilominus ut hac res est peracta, sic  
alia fuit excogitata.

## N O T A E.

*Rhodope.*] Mons Thraciae de quo jam  
dictum Epig. supra.

*Orpheum theatrum.*] Nec arte nec ma-  
nu factum, sed narivum: vallis nempe  
fuit, qualis describitur a Seneca in Troa-  
de act. 5.

*Erepta medium vallis includens locum  
Crevit theatri more.*

Lege Ovidium in fine lib. 10. & initio  
lib. 11. Metam. Opus' substant. Opus' adjectivè.

*Repserunt scopuli.*] Medianum nempe in  
arenam sylvæ & saxa trahebantur machi-  
nis quibusdam miro artificio fabricatis.

*Nemus Hesperidum.*] Quarum horti  
describuntur a Virgilio, Plinio, Solino in  
Mauritania Tingitana. Propre Lixum ur-  
bem, ita Ortelius. In illis hortis poma  
erant aurea, quorum mentionem facit  
Athenaeus lib. 3. cap. 5.

*Pecudum genus.*] hoc est omne genus  
ferarum cunctu mansuetarum adfuit.

Pecus pecudum significat omne animal quod  
gregatim palcitur. Justin. Inst. de lege  
Aquilia, veluti boves, equi, asini, &c.  
Aliquando tamen sumitur pro omni ani-  
mali præter hominem. Virgilius 4. Georg.  
de apibus loquens,

pecudum custodia solers.  
Lucretus de piscibus agens,  
Squammingera pecudes.

Alias pro ove, quo sensu hic accipitur  
meo iudicio, nempe omnes ferae veluti  
oves mansuetæ carentem Orpheum au-  
diverunt. Legunt alii, adfuit immixtum  
pecori genus omne ferarum.

*Ab ursu ingratu.*] Qui vatis musicam  
crudelitate compensavit. Hic Orpheus  
datus in spectaculum, ab ursu in arenam  
missio dilaniatus fuit, qui Mænadum par-  
tes explevit, a quibus verus Orpheus dis-  
criptus singitur. Ovidius lib. 11. Metam.  
Ultimum versum non esse Martialis sub-  
oluit Gronovio.

De rhinocerote  
pugnante cum ursu. XXII.

**S**OLLICITANT pavidi dum rhinocerota magistri;  
Seque diu magna colligit ira feræ:  
Desperabantur promissi prelia Martis:  
Sed tamen is rediit cognitus ante furor.  
Namque gravem gemino cornu sic extulit ursum,  
Jactat ut impositas taurus in astra pilas.

## I N T E R P R E T A T I O.

**D**Vm timidi rectores irritant rhinocero-  
ta, & sensim crescit ira ingentis bel-  
lua; certamina Martis promissi despera-  
bantur: sed tamen illa ferocitas antea

nota reversa est: etenim gemino cornu ita  
erexit ponderosum ursum, sicut taurus in  
cælum mittit pilas objectas.

## N O T A E.

# SPECTACULORUM LIBER.

## NOTE.

17

*Pralia Martis.*] id est venatio arenae in  
qua colebatur Mars.

*Seque diu.] Difficile enim irritabatur  
rhinoceros epig. 9. supra.*

*Gemino cornu.*] Rhinoceros geminus  
cornu habet. Pausanias lib. 9. εἶναι δὲ τὸ γε  
τῶντος τὸν οὐσιαστικὸν τὸν τοῦ Κρητικοῦ  
βούλων οὐσιαστικὸν μήτερα. ἐπειδὴν οὐ  
τερα τὸ πόνι τὸν οὐσιαστικὸν κέρας, δὲ αὐτὸν  
αυτὸν τὸ μέρος, &c. Latinè: Vidi etiam

*Aethiopicos tauros*, quos ex re ipsa thineroceratos nominant, quod illis e nature extrema cornu prominet, & paulo superius alterum non sane magnum. Legunt alii *urum*, hoc est bovem sylvestrem cui imperitum vulgus bubali nomen impo-  
suit, teste Plinio lib. 8. cap. 15.

Pilas. ] De quibus dictum epig. 19,  
pra.

*De Carpophoro*  
venatore quem a dexteritate & robore laudat, XXIII.

**D**O R I C A quam certo venabula dirigit ictu  
Fortis adhuc teneri dextera Carpophori!  
Ille tulit geminos facili cervice juvencos:  
Illi cessit atrox bubalus atque bison:  
Hunc leo cuin fugeret præceps in tela cucurrit:  
I nunc, & lentas corripe turba moras.

INTERPRETATION

*Vam certo ista manus strenua Carpo-  
phori adhuc teneri regit tela Dorica! illa  
interfecit duos tauros, quorum cervix  
agilis erat; bubalus ferox, & bison ab  
ipso vicitus est: cum leo hunc vitaret, im-  
petuosus irruit in venabula: i nunc, o  
multitudine, & incusa cunctationes tardas,*

Dorica.] Dores tesse Homero in Odysea & Creta sunt populi, Cretenses verò sagittandi arte peritissimos fuisse nemo nescit. Alii Dorica interpretantur Graeca, quod venabula auctores fuere Graci. Turnebus lib. 17. cap. 2. Dorica Interpretatur Laconica : juventus enim Laconum, inquit, montes venatu affidè lustrabat, venabula gerens: nemo autem ignorat eos Dorici generis fusile.

*Facili cervice.] hoc est nullo labore, sed facili nisi portavì duos tauros a se occisos : ali explicant talit interfecit : facili cervice, hoc est, inquiunt, tauro cervix facile ferro violata est. Ramiresius intelligit facilem cervicem taurorum, nemps qui facile caput movebant, quo Carpophori tela declinabant.*

Itaque quantumvis facili & agili cervice  
tauros occidit : quæ sententia videtur  
melior.

Bubalus atque bison. J. Plinius lib. 8.  
cap. 15. Paucissima Scythia gignit inopia  
fruticum: paucia contermina illi Germania,  
in signia ramen boum ferorum gene-  
ra, jubatos bisontes, excellentique & vi-  
& velocitate uros, quibus imperitum vul-  
gus bubalorum nomen imponit, cum id  
gignat Africa, vituli porius, cervive qua-  
dam similitudine.

*I nunc.] Vox est insultantis, sic populo insultat Poëta quod certaminis moram alias impatienter ferret, quem iam conqueri non posse subintelligi, cum feras celeriùm interficiat Carnophore.*